



# Boletín Oficial

DEL  
Obispado de Osma.

Año LXI. 1.<sup>o</sup> DE OCTUBRE DE 1920. Núm. XVIII.

---

SUMARIO—Alocuciones Pontificias con motivo de las canonizaciones de los BB. Gabriel de la Virgen Dolorosa, B. Margarita Alacoque y B. Juana de Arco.—Sacra Congregratio Rituum: Benedictio Novae Campanae.—Acción de gracias.—Santa Pastoral Visita.—Seminario Conciliar: Plan general de estudios—Crónica Diocesana.—Colecta para los Niños de la Europa Central.

---

## ALOCUCIONES PONTIFICIAS

*En la solemne canonización de los B. B. Gabriel de la Virgen Dolorosa y Margarita M. de Alacoque, celebrada en la Basílica Vaticana el día 13 de Mayo de 1920, y en la de la B. Juana de Arco, verificada el día 16 del mismo mes, Su Santidad pronunció las dos HOMILIAS siguientes:*

### I

VENERABILES FRATRES: DILECTI FILII,

Triumphalem recolentibus hodierno die redditum Iesu Domini ad Patrem, magna et iustissima nobis, quotquot Liberatorem nostrum diligimus, est causa exultandi, cum in sublimitate caelestis gloriae constitutam humani generis naturam videamus, et quo Caput Ecclesiae sanctae processerit, eodem corpus venturum non dubitemus. Ab hac vero tanta exultatione laetitiae minime segreganda est recordatio do-

minicæ Passionis, quando Ipse Dominus et crucis, de qua pro nobis p̄e penderat, voluit in sui aeternitate triumphi retinere stigmata, neque aditum in caelos cuiquam post se, nisi via regia crucis, patere permittit. Ad salutiferam autem considerationem Iesu patientis, praeterquam solemní Ascensionis eius memoria, etiam huius diei propria cœlebritate revocamur, idque praeclaro Dei beneficio, qui cum omnem rerum cursum inscrutabili sapientia gubernat, tum vero de Sanctis suis providentissime disponit, et quo quisque tempore in Ecclesiae bonum oriatur, et quo in terris postquam ad superos abierit, glorificetur.

Sane, quod Jesus Christus, mandatum Patris, habuit, ante suum in caelos adscensum exsequi opus humanae Redemptionis, sicut ab ineffabili erat Dei erga homines amore profectum, sic, tamquam ad finem, huc spectabat, ut homines ad Deum diligendnm inflammaret. Ex ipso enim sanctissimo eius ore vel potius corde, exiit ea vox, *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum Unigenitum daret; itemque Ignem veni mittere in terram, et quid volo, nisi ut accendatur?* Ergo ex quo aeternus Dei Filius humilitatem nostrae carnis assumpsit, usque dum ad Patris dexteram victor collocavit, omnia in eo quidem plena infinitae caritatis, ut, qui Dominum Nostrum Iesum Christum non amet, anathema eum esse iubeat Apostolus: sed, quoniam maiorem hac dilectionem nemo habet ut animam suam ponat quis pro amicis suis, nihil est profecto quod tam spiret amorem tamque ad redemandum alliciat quam Jesus Crucifixus, de quo illud est verissime dictum: «vidimus sapientiam amoris nimietate infatuatam».

Quod si fuit unquam tempus ullum, in quo homines Redemptorem suum negligere viderentur, hoc certe est, cum licet affirmari eos, sempiternae fere salutis immemores, omnes suas curas cogitationesque in terrenis rebus habere defixas. Quare valde laudanda atque efferaenda est divina benignitas cuius providen-

tia nutuque accidit ut aucti duobus coolitibus honores ad Iesu Christi Passionem hodie hominum mentes animosque convertant.

Etenim Margaritae Mariae assignatum munus a Deo, quod sit, apparet: Cordis Iesu omnibus hominibus, quas ipso revelante didicisset, praedicare divitias. Osterdit igitur illa mundo Sacratissimum Cor, at Crucis imposta ornatum ostendit, spinis redimitum vulneratumque lancea, nimirum ut significet visum esse in Passione maxime amore flammescere. Enitet atque exstat in Gabriele singularis erga Virginem Perdolentem pietas, unde et cognomen accepit. Verum hic pietatis affectus cum incredibili Iesu Christi Crucifixi studio cohaeret, ut facile possis dignum Pauli a Cruce filium agnoscere. Sed enim haec duo intimo necessitatis vinculo continentur inter se: cruciatibus Iesu compati et Mariae doloribus. Nam ut Adam primus feminam habuit in praevaricatione sociam, sic alter in salutis nostrae reparatione participem voluit eam, quam de Cruce *mulierem* appellando, Evarum alteram declaravit, id est Matrem ineffabiliter dolentem omnium hominum, quibus ipse ut vitam acquireret, moriebatur.

His itaque auspicibus quos celebramus, iure expectandum est, ut largior quaedam ex vulneribus Christi per Mariam existat iam effusio divinae caritatis. Neque eo minus requiritur vel ad excitandos qui vulgo iacent, christianos spiritus, vel ad reparandas maximorum bonorum iacturas quas fecit, recedens magnam partem a Deo, genus humanum. Id autem omnibus precibus petat oportet, cuicunque vere cordi est amplificari cum animarum salute regnum Christi. Nos vero, quotquot sumus, quibus semper adhaerere Deo bonum est, in Sanctos novensiles studiose intueamur, eorum et virtutum sequamur exempla et patrocinium imploremus, ut, cum dies nobis aeternitatis illuxerit, et ipsi eorumdem consentes, regnare

possimus cum Christo Iesu, cui sit laus et gloria in saecula saeculorum. Amen.

II

Mirabilis Deus in sanctis suis, quandoquidem «quae stulta sunt mundi elegit ut confundat sapientes et infirma mundi ut confundat fortia» singulare et eximum propriae tum virtutis tum sapientiae specimen nobis exhibet in femina, cuius dum apud homines summis effertur laudibus immortale nomen, Nos hodierno die caelestem gloriam gratulando celebramus. Etenim cum ex iis qui splendore sanctitatis eminent, ut certe res recte vivendi sint documento, nonnulli maxime in signum et in portentum, quemadmodum Scriptura loquitur, dati videantur, Ioannae quidem vita, in illustri quodam flexu saccularum apparet iis abundans atque affluens gestorum miraculis, quae omnes, quicumque sunt, veritatis amicos ad agnitio nem venerationemque divini Auctoris inducant. Nam quod simplex ruditusque rerum puellula, arcanae vocis invitatu, ex timida repente animosior effecta, alacris ad opus aggressa est ex humanis longe difficillimum maximeque arduum; quod quietem paterni ruris laboribus castrorum, et colum atque fusum hasta gladio que secura mutavit; quod, oviularum assueta custodiae, magnis et bellicosis copiis sollertissime imperitavit, easque ex allis in alias victorias sine ulla dubitatione rapuit; quod denique regem suum, praeter omnium spem exspectationemque, Aurelianensi obsidione soluta, rite consecrandum curavit; quod etiam secreta mentium aperuit, futura praedixit, similia supra naturae vires gessit: haec omnia profecto luce clarius indicant hic *Digitum Dei*. Sunt quidem, atque utinam pauci, qui eam secuti sapientiam carnis quam damnat Apostolus, -cum quidquid humanae naturae modulum superat, praeiudicata opinione reiiciant, haec ipsa admirabilia ita conantur explicare, ut nullo prorsus divino instinctu afflatuque facta esse conten-

dant. Sed «evanuerunt in cogitationibus suis»: tam certis tamque illustribus monumentis testatae res, si ab illis remotus sit Deus, continuo fiunt quiddam humanae rationi omnino inex tricabile.

Quamquam autem de hæc honorum celebritate quibus afficitur fortissimæ civis, iure meritoque Gallia gloriatur, est sane, cur eo magis in virtutum commendatione inclitæ filiae triumphet mater Ecclesia: nam, si patriæ maxime necessario tempore adfuit Ioanna, verissimeque in eius salutem nata divinitus esse dicitur; at simul exploratissimum est, quaecumque admirabiliter gesserit, omnia eam gessisse, ut Iesu Christi regnum in suis præsertim civibus confirmaret. Neque aliam rem ullam studiosius visa est aut vehementius quaerere, vel cum, caelestem opem in primis, quodcumque suceptura erat, magnis precibus imploraret, vel cum insigne Crucifixi imagine vexillum sibi ad præliandum præferri iuberet, vel cum, ut victrix evaserat, victoriam non sibi, sed rerum omnium arbitrio referret acceptam. Accedebat, ut militarem peccandi licentiam in castris suo ipsius conspectu cohiberet, et si quid peccatum esse intellexisset, in sonentes severissime animadverteret. Iam quae tam diligens erat ad imperium Dei propagandum, quid mirum si obsequii erga divinam voluntatem ipsa se præberet exemplum? Id vero, si unquam alias, in huius innocentissimæ vitæ exitu præclare patuit. Quam magno, quam forti animo, ut caeleste sibi mandatum munus comprobaret, iniustissimum subiit acerbissimumque supplicium! Flammis fam circa virgineum corpus crepitantibus, Domini sui de cruce pendentis effigiem amantissime deosculata, animam causamque suam in manus eius, cui vitam omnem vixerat, moriens commendavit.

Ecce autem, quinque saeculorum interiecto spatio, virtutes Ioannæ de Arc, apud sacratos Petri cineres, magnificentissime consecrantur, maximique nomini eius decernuntur honores, e quibus elucet illa, qua

iam diu apud Dominum in caelis perfruitur gloria sempiterna. Non id fortuito aut sine consilio accidit hoc tempore, cum homines vulgo nolunt in administrandis rebus publicis regnare super se Christum. Atqui «*Oportet illum regnare, quem (Pater) constituit haeredem universorum, per quem fecit et saecula.*»

Itaque hoc «reges intelligent et erudiantur qui iudicant terram»: potentem et imperiosam nationem a summo periculo et discrimine per manum feminae qui liberavit, eum esse cuius arbitrio nutuque omnis humanarum rerum cursus dirigatur. Quando igitur eius voluntati frustra aut certe non impune resistitur, obtemperare et obsequi ne recusent. Nos vero Sanctae Ioannae de Arc et exempla secuti et patrocinio subnixi, cunctibus in rebus Iesu Christo Deo mente animoque serviamus, cui servire regnare est nunc et in perpetuum. Amen.

---

## Benedictio Novae Campanae <sup>(1)</sup>

*quae ad usum Ecclesiae sive Sacelli inserviat*

---

¶. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit coelum et terram.

Psalmus 50. Miserere mei, Deus....

Psalmus 53. Deus, in nomine tuo...

Psalmus 56. Miserere mei, Deus, miserere mei...

Psalmus 66. Deus misereatur nostri...

Psalmus 69. Deus, in auditorium meum intende...

Psalmus 85. Inclina, Domine, aurem tuam...

Psalmus 129. De profundis clamavi ad te...

---

(1) Por mandado do S. Ilma. se inserta aqui ésta fórmula tomada de la novísima edición del Ritual Romano aprobado por S. S. Pio X, fórmula que deberán usar los Sacerdotes cuando son delegados por el Obispo para la bendición de campanas.

Kyrie, eleison. Christe, eleison. Kyrie, eleison.

Pater noster, secreto usque ad

¶. Et ne uos inducas in tentationem.

R). Sed libera nos a malo.

¶. Sit nomen Domini benedictum.

R). Ex hoc nunc et usque in saeculum.

¶. Domine, exaudi orationem meam.

R). Et clamor meus ad te veniat.

¶. Dominus vobiscum. R). Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Oratio.

Deus, qui per beatum Moysen, legiferum famulum tuum, tubas argenteas fieri praecepisti, quibus, dum sacerdotes tempore sacrificii clangerebant, sonitu dulcedinis populus monitus ad te adorandum fieret praeparatus, et ad celebrandum convenirebat: praesta, quaesumus; ut hoc vasculum sanctae triae Ecclesiae praeparatum, a Spiritu Sancto per nostrae humilitatis obsequium sanctificetur, ut per illius tactum et sonitum fideles invitentur ad sanctam Ecclesiam et ad praeimum supernum. Et cum melodia illius auribus insinuerit populorum, crescat in eis devotio fidei, procul pellantur omnes insidiae inimici, fragor grandinum, impetus tempestatum, temperentur infesta tonitrua, prosternat aereas potestates dextera tuae virtutis: ut hoc audientes tintinnabulum contremiscant et fugiant ante sanctae crucis vexillum in eo depictum. Quod ipse Dominus noster praestare dignetur, qui absorpta morte per patibulum crucis regnat in gloria Dei Patris cum eodem Patre et Spiritu Sancto, per omnia saecula saeculorum R). Amen.

*Nunc Officians ponit incensum in thuribulum et benedicit: et primum aqua benedicta aspergit circumeundo campanam choro dicente: Asperges me, Domine, hyssopo et mundabor, lavabis me, et super nivem dealbabor.*

*Dein incensat circumeundo campanam, choro dicente:*

Dirigatur, Domine, oratio mea: sicut incensum in conspectu tuo.

*Oficians prosequitur:*

Oremus.

Oratio.

Omnipotens Dominator, Christe, quo secundum carnis assumptionem dormiente in navi, dum oborta tempestas mare conturbasset, te protinus excitato et imperante dissiluit: tu necessitatibus populi tui benignus succurre: tu hoc tintinnabulum Sancti Spiritus rore perfunde: ut antesonitum illius semperfugiat bonorum inimicus, invitetur ad fidem populus christianus, hostilis terreatur exercitus, confortetur in Domino per illud populus tuus convocatus, ac sicut Davidici cithara delectatus desuper descendat Spiritus Sanctus; atque ut Samuele agnum lactentem mactante in holocaustum regis aeterni imperii, fragor aurarum turbam repulit adversantium: ita, dum huius vasculi sonitus transit per nubila, Ecclesiae tuae conventum manus conservet angelica, fruges credentium, mentes et corpora salvet protectio sempiterna. Per te, Christe Jesu, qui cum Deo Patre vivis et regnas in unitate eiusdem Spiritus Sancti Deus per omnia saecula saeculorum R). Amen.

Y. In honorem sancti N. R). Amen.

*Tum Oficians producit super campanam benedictum signum crucis, et discedit cum Ministris.*

---

## ACCION DE GRACIAS

---

El Ilmo. y Rvmo. Prelado, muy agradecido a las numerosísimas y afectuosas felicitaciones que ha recibido de dentro y de fuera de la Diócesis con motivo de su fiesta onomástica y no pudiendo contestar particularmente a tantos Rdos. Sacerdotes, Comunidades Religiosas, corporaciones y entidades civiles y demás

fieles, quiere hacer llegar a todos por conducto de este BOLETÍN la más sincera expresión de su reconocimiento, en especial por las oraciones ofrecidas, a las que promete corresponder, mientras como prenda de paternal afecto y gratitud envia a todos de lo íntimo de su alma la bendición pastoral.

---

## Santa Pastoral Visita.

---

El día 22 de septiembre salió de la capital Diocesana el Ilmo. y Rvmo. Prelado para practicar la Santa Pastoral Visita en los pueblos de Casarejos, Herrera, Fuente cantales y Aylagás, Ucero y Valdeavellano, Rejas de Ucero y Nafria, Santa María de las Hoyas, Muñecas, Orillares, Espeja y San Asensio, Guijosa, Fuentcaliente, Fuente armogii y Santervás, Zayas de Báscones y Zayuelas y Valdegrulla y Valdealvín. Le acompañaron el M. I. Sr. Maestrescuela D. Manuel Requejo y su Capellán D. Angel F. de Viana y regresó felizmente el 29 por la tarde.

Como en las anteriores etapas de sus apostólicas excursiones, no ha perdonado fatiga ni medio a su alcance para hacer lo más eficaz posible tan importante elemento de acción cristiana, habiendo recibido de los pueblos consoladoras muestras de filial adhesión y piedad cristiana, que se ha manifestado vigorosamente en los entusiastas recibimientos y despedidas hechas al que iba en el nombre del Señor.

---

**PLAN GENERAL DE ESTUDIOS**  
**DEL**  
**SEMINARIO CONCILIAR DEL BURGO DE OSMA**

---

**ESTUDIOS DE CULTURA GENERAL.**

---

**Latín y Humanidades**

---

CURSOS.	A S I G N A T U R A S	HORAS DE CLASE	282				
1. <sup>o</sup>	1. <sup>o</sup> de Latín: Elementos de Analogía y Sintaxis . . . . . 1. <sup>o</sup> de Castellano: Elementos de Analogía, Sintaxis y Ortografía . . . . . Historia Sagrada . . . . .						2 h. M y 2 h. T.
2. <sup>o</sup>	2. <sup>o</sup> de Latín: Complementos de Analogía y Sintaxis . . . . . 2. <sup>o</sup> de Castellano: Complementos de Analogía y Sintaxis . . . . . Geografía . . . . .						2. h. M. y 2. h. T.
3. <sup>o</sup>	3. <sup>o</sup> de Latín: Pros., Arte Métr., Noc. de Fonét., Morf., Etim. y Smát. . . 3. <sup>o</sup> de Castellano: Prosod. y Arte Métr. Nocs. del Leng. y Est. P.y V. . . 1. <sup>o</sup> de Griego: Elementos de Gramática . . . . . Historia de España . . . . .						2 h. M. y 2. h. T.

4. <sup>o</sup>	4. <sup>o</sup> de Latín: Retórica y Poética especial (texto latino) . . . . .	2. h. M. y 2 h. T
	4. <sup>o</sup> de Castellano: Historia de la Literatura y Análisis de sus Clásicos.	
	2. <sup>o</sup> de Griego: Complementos de Gramática . . . . .	
	Aritmética demostrada . . . . .	
1. <sup>o</sup> a 4. <sup>o</sup>	Catecismo y Religión. . . . .	1 h. los domingos.
	Música Figurada . . . . .	1 h. los jueves
	Ejercicios de Lectura y Declamación . . . . .	Circunstancialmente.

Al fin examen de reválida de Latín y Humanidades y de aptitud para la Filosofía

## Filosofía y Ciencias

1. <sup>o</sup>	Lógica y Metafísica General con nociones de la Hist.º de la Filosofía . . . . .	Diaría y Alterna.
	Algebra, Geometría y Trigonometría . . . . .	Diaría
	Historia Universal. . . . .	Alterna
2. <sup>º</sup> o 3. <sup>º</sup>	Metafísica especial: Cosmología y Psicología y Teodicea . . . . .	Diaría y alterna.
	Historia Natural: Anatomía, Fisiología e Higiene, Geología, etc. . . . .	Diaría.
	Arqueología . . . . .	Alterna.
3. <sup>º</sup> o 2. <sup>º</sup>	Ética y Derecho Natural. . . . .	Diaría.
	Física y Química . . . . .	Diaría.
	Sociología.—Agricultura. . . . .	Alterna. — Alterna.

1. <sup>o</sup> —3. <sup>o</sup>	Gramática Francesa . . . . .	1 y 112 h. domingos
	Urbanidad y Buenas Maneras del Sacerdote . . . . .	idem.
	Perfección de Literatura y Declamación . . . . .	Circunstancialmente.

Al fin examen de reválida de Filosofía y Ciencias y aptitud para la Teología.

## ESTUDIOS ECLESIÁSTICOS

---

### Sagrada Teología y Cánones

1. <sup>o</sup>	Teología Fundamental . . . . .	Diaria—Alterna.
	1. <sup>o</sup> de Hist. <sup>a</sup> Eclest. <sup>a</sup> con nociones de Patrolg. <sup>a</sup> (hasta Inocenc. <sup>o</sup> III)	Alterna
	Gramática Hebreo . . . . .	Alterna
2. <sup>o</sup>	Oratoria Sagrada (1). . . . .	Alterna.
	Canto Gregoriano (2). . . . .	1 h. los domingos
	1. <sup>o</sup> de Teología Dogmática: de Fide: de Deo Uno et Trino: de Deo (Creante et Elevante. Moral. . . . .)	Diaria y Alterna.
2. <sup>o</sup> , 3. <sup>o</sup> o 4. <sup>o</sup>	1. <sup>o</sup> de Teología Moral. . . . .	Diaria.
	2. <sup>o</sup> de Historia Eclesiástica . . . . .	Alterna
	Lecciones de Apologética . . . . .	1 h. los domingos

(1) En los tres cursos siguientes todos los alumnos deberán componer y declarar públicamente en actos públicos o funciones religiosas una pieza oratoria.

(2) En los años siguientes todos los alumnos deberán tomar parte en el canto de las funciones litúrgicas.

# ÁLIDA DE TEOLÓGIA Y CÁNONES O TRIENIO I.º SACERDOTAL

Repaso de la 1. <sup>a</sup> tercera parte de la Teología Dogmática Moral: de actibus. humanis, conscientia, legibus, peccatis, virtutibus, 4. <sup>o</sup> Libro del Código Apologética	1. <sup>o</sup> , 2. <sup>o</sup> o 3. <sup>o</sup> Libre.
---	---

<b>2.<sup>o</sup>, 3.<sup>o</sup> o 1.<sup>o</sup></b>	Repasso de la 2. <sup>a</sup> tercera parte de la Teología Dogmática . . . . .
	Moral: de justitia et jure, contractibus, statibus particularibus, delic-
	5. <sup>o</sup> libro del Código . . . . . (tis et poenis ac bulla Cruciaiae.
	Libre.
<b>3.<sup>o</sup>, 1.<sup>o</sup> o 2.<sup>o</sup></b>	Repasso de la 3. <sup>a</sup> parte de la Teología Dogmática . . . . .
	Moral: de Sacramentis . . . . .
	3. <sup>o</sup> libro del Código . . . . .
	Liturgia. . . . .

Los tres años Oratoria Sagrada, en la forma prescrita por el art. 40 de las disposiciones de la S. C, Const. 28 junio 1917.



# CRONICA DIOCESANA

## EN EL SEMINARIO CONCILIAR

*Ejercicios Espirituales.*—Desde el día 23 de Septiembre los han practicado los Seminaristas bajo la dirección del R. P. Faustino Rodríguez, S. J.

El día 30, y para dar fin a tan piadosos actos celebró la Misa de Comunión el Ilmo. Prelado, quien también dirigió a los alumnos una breve plática saturada de oportunísimos consejos.

*Apertura de curso.*—En la mañana del día 1.<sup>o</sup> de Octubre se celebró en la Iglesia del Seminario la inauguración oficial del curso académico de 1919 a 1920.

Presidia el Ilmo. y Rvdmo. Prelado a quien rodeaba el Claustro de Profesores, y asistieron Comisiones del Ilmo. Cabildo Catedral, Autoridades locales y Ordenes Religiosas.

Celebrada la Misa por el Lic. D. Manuel Hortal, Profesor y Director Espiritual, leyó el Discurso de apertura el Dr. D. Eleuterio Fernández, Profesor de Latin, haciendo un luminoso examen critico del racionalismo contemporaneo, y demostrando irrefragablemente su falta de solidez y lógica en sus principios y desarrollo.

A continuación los Sres. Profesores prestaron en manos del Ilmo. Sr. Obispo el solemne juramento prescrito por el Derecho Canónico, procediéndose luego a distribuir los premios, accessits y menciones honorificas entre los alumnos acreedores a ellos quienes los recibieron del mismo Ilmo. Prelado, declarando por último este que en uso de su episcopal autoridad quedaba abierto el curso académico de 1920—1921.

Colecta para los niños de los Imperios Centrales de Europa

	Pesetas.
<i>Suma anterior.....</i>	<i>3.369 20</i>
Aldealices.....	6 15
Carrascosa de la Reina .....	3 90
Oimedillo .....	8 50
Ventosa de la Sierra .....	4 »
Castrillo de la Sierra.....	7 40
Acinas.....	13 »
Vadillo.....	8 »
Villaverde del Monte .....	11 »
Herreros . .....	9 »
El Royo. ....	10 »
Chércoles .....	22 »
Velilla de la Sierra .....	9 50
Ledesma .....	33 45
Torlengua.....	40 »
Rejas y Nafría de Ucero.....	20 25
Villaciervos de Abajo.....	20 »
Baños de Valdearados .....	50 »
Cuéllar.....	4 70
Ausejo.....	4 20
Fuentelfresno. ....	5 »
Zárabes.....	8 »
Fuentelmonje .....	36 70
Hontoria de Valdearados.....	2 »
Ocenilla .....	6 »
Rejas de San Esteban.....	4 »
Almenar .....	51 25
Pinillos de Esgueva.....	2 25
Casarejos .....	59 25
Torregalindo .....	28 »
Fuentepinilla .....	23 »
Carazo .....	12 25
<i>Suma y sigue .....</i>	<i>3.891 95</i>